

16

DE
NVCE JVGLANDE
EJVSQVE
VSV MEDICO, 16
SVB PRÆSIDIO
DN. D. ANDREÆ ELIÆ
BÜCHNERI,

SAC. CÆS. MAJEST. CONSILIAR. ARCHIAT. ET COMIT. PALAT. S. R. I. NOBILIS,
ACAD. IMPERIAL. NAT. CVRIOUSOR. PRÆSID. CHTM. PROF. PVBL. ET FACVLT.
MED. ADSESS. ORDINAR. NEC NON REG. BEROLIN. SOCIET.
SCIENT. SODALIS,

PRO GRADV DOCTORIS
DIE XIV. MENSIS MARTII, MDCCXLIII.
HORIS CONSVENTIS IN AVDITORIO MAJORI
COLLEGII MAJORIS
DISPVTABIT
AVCTOR
GOTTLOB FRIDERICVS SPINDLER,
NEOSTAD. OSTERL.

ERFORDIAE,
TYPIS JOH. CHRISTOPHORI HERINGII,
ACAD. TYPOGR.

NACCE JAGELA MDE

VSA MEBIGO

DU D ANDRGE EIT E

HUCHTIE

PRO GRADA DOCTOGRIS

DU ZA MTAZI MATAU HUGAUNI
HOSIA CONVIVAT A VNOXIO HUOI

COTTOB TITHEC RY SPARTHE

WYDRA COTTOB

COTTOB TITHEC RY SPARTHE

WYDRA COTTOB

GEBORDBI
JYBLIS JONI CHRISTOPHORI HULI
ACRD ALIOOR



DISSERTATIONIS INAVGVRALIS MEDICÆ
DE NVCE JVGLANDE,
EJVSQVE VSV MEDICO,
PRO O E M I V M .

Ribus, quæ benigna suppeditat Natura, gaudemus regnis: vegetabili, minerali, atque animali. Tria hæc sunt, ex quibus tota Medicina producta, ope experientiæ exculta, ratio-neque confirmata est. Tria igitur hæc, quoniam adeo late se diffundunt, ut nunquam perfecte investigari potuerint, indigent omnino exquisita indagatione, & quo magis sunt prolixa, eo major & crebrior industria & opera illis merito est impendenda. Inter hæc tria

vero regna potissimum *Vegetabile*, seu plantarum, earundemque cognitio & virtutes, quas nobis tradit *Botanica*, omnium latissimum inquirentibus campum aperit, non solum quod plantarum longe major numerus sit, quam mineralium & animalium, sed & quoniam illæ humanæ naturæ multum sunt convenientiores, adeoque non raro tanquam alimenta medicamentosa ad sanitatem & conservandam & recuperandam magis expertuntur. Omnia vegetabilia in toto terrarum orbe cedunt vel in usum hominis, vel in noxam ejusdem, vel medio modo se habent. Prima *alimenta* & *medicamenta*, secunda *venena*, & tertia *mixta* dicuntur, quæ neque juvant, neque laedunt. W E D E L I V S *Amæn. mat. med. lib. I. sect. I. cap. I.* Quam ob rem non illa tantum, quæ in officinis pharmaceuticis adservantur, usui medico inserviunt, sed singula peculiari sua gaudent virtute, atque dolendum est, quod plurimarum stirpium facultates nos adhuc lateant. Conqueritur de eo A M M A N N V S *Consil. de Inflit. med. emend. p. 446.* Liceat mihi, remota omni jaetantia, & citra aliorum indignationem, profiteri,

teri, quod plerarumque Plantarum & simplicium virtutes ignoremus intrinsecas. CONRINGIVS *Introd. in univers. art. med.* p. 199. addit: *quoniam immo illa artis perfectio humani ingenii viribus nunquam videtur impetranda.* Ad defectum huncce emendandum, finemque propositum obtinendum, varia ab auctoribus media commendantur, inter quae primarium est notitia plantarum, quoad nomina, usum mechanicum, medicum & œconomicum. Adpellationes, æque ac figuram externam ex libris botanicis discimus, citius vero & melius propria collectione plantarum, in *herbarium* sic dictum *vivum* congelatarum. Usum mechanicum & medicum theoretici ac practici hinc inde communicant observationibus, in humani generis usum institutis atque reiteratis. Usum œconomicum vulgus non raro penitus calleter litteratis. Quo vero ordine tam ingens plantarum numerus disponendus veniat, ut quælibet pro lubitu reperiri possit, de eo Botanici adhuc disputant. BESLERI fundamentum quatuor sunt anni tempora. DALECHAMPIVS in solo natali fundamentum suum ponit.

PARKINSONVS secundum vires & facultates illas pertractat. SCHROEDERO placet ordo alphabeticus. *Casp.* BAVHINO modus arridet crescendi, dum a herbis incipit, per fruges progressitur, donec ad arbores perveniat. Recentiores fructificationes magni aestimant, siquidem HERMANNVS & RVDBECK fructus floribus præferunt, etsi RIVINV S & HEVCHER flores primo, fructus secundo loco respiciant. RAJV S, totum plantarum ambitum perlustrans, primo de herbis, deinde de arborebus agit, ubi inter alias pag. 140. nuciferas arbores in medium profert, quarum primas tenet *Juglans*. Cum igitur pro conscribenda Dissertatione inaugurali thema quoddam practicum, nisi cramben bis, terque quaterque coctam denuo recoquere vellem, diu quærenti non obveniret, nec casus quidam specialis, consignatione dignus, in praxi haetenus à me observatus fuerit, laborem ex supra recensitis caussis haud inutilem me suscepturnum duxi, si more perquam laudabili plurium recentiorum, qui exquisitiorem simplicium indagationem commendant, thema quoddam botanicum, & quidem

dem de arboris istius fructu, *Nuce* nempe *Juglans*, loco Speciminis inauguralis pertractandum eligerem. DEVS autem T. O. M. suscep-
tum nostrum laborem secundet, ut fracto pu-
tamine nucleus cedat in proximi utilitatem!

§. I.

Quod *Nuces* pro objecto Dissertationis elegerim, *Animadver-*
nemo mihi vitio vertet; delectant enim atque *siones qua-*
juvant. Magni istas faciebant veteres, ipsisque *dam ds Nu-*
bellariorum loco erant, quibus in prandiis mensas con-^{cc.}
decorare solebant.* De Augusto refert SYETONIVS,**
quod animi laxandi caussa nucibus luserit cum pueris.
Talia autem lustrum genera, quod ad nuces attinet, ele-
ganter describit OVIDIVS in *Elegia Nucis*, quæ una cum
commentariis ERASMI *Lexico ejusdem* p. 282. inseruit
KYBERVS. Relictus & nostris infantibus est idem ille
mos, siquidem vespertino tempore, in vigiliis St. Nico-
lai, viatoris populorum, itemque Festi nativitatis Christi,
manducus spargit puerilia & nuces. BECMAN-
IVS *** refert, nuces in coronatione regum Bohemiæ
olim spargi solitos fuisse. Sic nucum sparsionis in nu-
ptiis Poetæ passim mentionem faciunt. Varias ejus
rei caussas recenset SERVIVS ad illud Virgilii, *Ecloga*
VIII. 29.

Mopse, novas incide faces: tibi dicitur uxor.

Sparge, marite, nuces.

PLINIVS XV. 22. ita de hac consuetudine scribit: *Nec*
non & honor bis (juglandibus nucibus) *naturæ peculiaris,*
geminò

geminò protectis oportento, pulvinati primum calycis, mox
lignei putaminis: Quæ cauſa eas nuptiis fecit religiosas, tot
modis fœtu munito: quod est verosimilius, quam quia caden-
do triplidium soniviumne faciant. † Aliam explicatio-
nem profert ERASMVS Roterod. †† his verbis: Spon-
sus uxorem dicens, nuces spargebar, ut pote jam pueritiae re-
nuntians. Hinc videtur ortum esse proverbium: Nuces
relinquere, quasi dicas, omissis nugis & studiis puerili-
bus, ad graviora magisque feria converti. †††

* Conf. PLAVTVS.

** cap. 83.

*** in Hist. orb. erud. VIII. 8.

† Tot nemp̄ operimentis nucleo, qui intra nucem est, mu-
nitio, voluere veteres, id argumento esse, quanta sit cautio
adhibenda, ut illibatus sit conjugum torus.

†† Adag. pag. 169.

††† PERSIUS Sat. I. 10.

§. II.

Plures. Alio alii proverbio utebantur, vitæ curriculum
vitiosum alicui opponentes: Vitam tuam cassa ac vitiosa
non emerem nuce.* Sententiose quoque PLAVTVS lo-
quitur: Qui e nuce nucleus esse vult, frangit nucem. Si-
mili ratione divus HIERONYMVS alicubi scripsit: Qui
querit animi pabulum, in arcanis litteris, scrutetur sub alle-
goria involucro conditum mysterium. Nux enim foris tum
dura est, tum amara, intus cibum condit suavissimum. Ita,
nucleum amisi, reliquit pignori putamina, verba sunt HE-
GIONIS allegorica. Nucem tanquam adversitatis &
prosperitatis symbolum profert Lev. LEMNIUS Herb.
bibl. explicat. p. 98.

* PLAVTVS Pseud. I. 3. 136. id. in Mil. gloriaf. II. 3. 44. HO-
RAT. II. Sat. V. vers. 36.

§. III.

§. III.

Dum generaliter nuces vocamus omnia illa, quæ *Nucum na-*
riæ species.
 operimento duriori sunt inclusa, sicut è contrario po-
 ma, quæ mollem habent corticem; facile inde liquet,
 quod compluribus fructibus denominatio ista compe-
 tat, quorum satis amplum jam adducere possemus ca-
 talogum, nisi plura magis necessaria adducenda essent,
 quibus idcirco spatium necessarium præripere non
 lubet.

§. IV.

Juglans per antonomasiam *Nux* adpellata, Jovi sa-
 cra erat, quod hæc arbor suavissimum inter omnes fe-
 rat fructum. Hinc, & quoniam primus eam homini-
 bus Jupiter commonstrasse credebatur, veteres Juglan-
 dem, quasi honoris gratia, *Jovis cibum* & *Jovis glandem*
 nuncupavere. *Diuglandem* primo vocatam eam fuisse
 scribit CLOATIVS, referente MACROBIO, postea detra-
 ctione primæ litteræ *juglandem*. Græci illam quoque
 adpellant *basilicam*, quasi regiam, vel ob excellentiani,
 vel quia in via regia, frequentibus ab avibus sata obvia
 est arbor. David KYBERVS vero in *Lexic. rei herbar.* pu-
 tat, juglandem dictam eam esse, quod glandem jugu-
 let, cum quercus, juglandi vicina, nativum ob diffi-
 dum, moriatur. Nuces contra a nocendo dici probare
 nititur Andreas SANFTLEBEN, * siquidem claram læde-
 rent vocem, mutarentque colorem: *Ut nox aërem, ita*
nux succo suo corpus atrum facit. *Karpos* dicitur hic fru-
 ctus vel a Caryatide, Cariæ Dianaë fano, vel, PLVTAR-
 CHO ** teste, quod spiritum gravem, saporemque pro-
 fundum incutientem, exhalans, lædat eos, qui sub hac

B

arbores

arbore recumbunt, vel, ut RVELLIUS *** dicit, quoniam foliorum vires cerebrum penetrant, vel quia caput odoris gravitate offendit, unde & PLINIVS † juglandium umbram capiti noxiā esse reputat. Et sane certum est, testante ETTMÜLLERO, quod diutius verfantes, vel dormientes sub juglante, cephalalgia adfligantur, ob foliorum nempe densitatem, quibus obstantibus radii solares vapores, sub arbore collectos, aegre dissipare possunt. Non igitur arbor, aut ejus umbra, per se noxia erit, sed quae sub ista continentur effluvia. ††

* in Tr. de Nucibus Saturnal. cap. 1. p. 8.

** Lib. III. Symposiae. Question. 1. pag. 647.

*** de Nat. stirp. Lib. I. c. 10. p. 70.

† Lib. XVII. c. 12. †† MVYS in Podalir. rediv. p. m. 57.

§. V.

Differentia nucum juglandium. Juglandium differentia in magnitudine & parvitate, duro crassoque, aut tenui atque fragili putamine consistit. Maxime, duris putaminibus & exiguo nucleo præditæ, *caballinæ*, mediæ, quæ mollia putamina habent, *molluscæ* vocantur, a putaminis mollitie, inter quas *persica* & *basilica* numerantur, de quibus SVEVIVS:

Admifce tu, Acca, basilicis hæc nunc
Partim Persica: quod nomen sic denique fertur,
Propterea quod qui quondam cum rege potenti,
Nomine Alexandro Magno, fera proelia bello
In Persas retulere suo. Post inde revertentum
Hoc genus arboris in prælatis finibus Grajis

Disse-

Differe, novos fructus mortalibus dantes.

Molusca hæc nux est, ne quis forte inficius erret.

Jungitur his aliud genus juglandis, *nux* nempe *Tarentina*, avium furto semper exposita, quarum molle pūtamen sub levi etiam compressione facile frangitur. *Tarentum* autem Sabini vocant, quod nos dicimus *mole*, unde *Tarentinos* dictos putat *VARRO*, quod *HORATIUS* confirmat, *Tarentum* molle adpellans. Minimæ, durissimam carinam monstrantes, & quæ a putamine vix purgari possunt, *osseæ* & *surdæ* nobis audiunt, ab *HERMOLAO* autem *moracie*, seu *moracillæ* vocantur, a duro cortice & frangendi mora.

§. VI.

Ipsa ergo illa *Juglans*, cujus fructus considerationi nostræ jam subjecere decrevimus, est arbor prægrandis, unam primum radicem mittens, quæ, duritie inferioris soli coercita, recuruatur, & ex summo duorum ramorum duplicem radicem emittit, quæ in plures prælongas dein transit, quibus innititur procerus caudex, multis summatim ramis ingentibus brachiatibus, ad duorum triumve cubitorum complexus saepius crassescens; frondibus latis & oblongis, e jucundo acri graviter subolentibus, patulamique jaculantibus umbram; folio pinnato, pinnis ovalibus, per autumnum deciduis; flore imperfecto sterili, ad latera congesto in julos; seminibus testis, pruno glabro, viridi, acri, exsucco, globofo, monopyreno; cortice calloso, herbaeo, quem latini propriâ adpellatione *Culiolum*, & *Gulliolum* nuncupavere *; sub sequente compactili, lignosa, bifida, testa ossea, carina, quæ FESTO dicitur *gulioca*;

*Juglandis
descriptio.*

interior membranula tenuis *nauci* vocatur. Nucleorum reperitur quadripartita distinctio, beneficio ligneæ intercurrentis membranae, vel dissepimenti, quod *byli* denominationem obtinuit. Hanc sub Sagittarii tertio gradu militare ex CARRICHTERO discunt, qui influxum amant Planetarum; qui vero ad signaturas respiciunt, capitis, crani, meningum & cerebri figuram in nucleo deprehendunt.

* *Culiola*, cortices nucum viridum, dicta a similitudine culeorum, quibus vinum, sive oleum continetur. *Alio loco Gulliola*, nucum juglandium summa, & viridia putamina adpellantur, dicit *FESTVS*.

§. VII.

Nucis-maturitas & Xantippæ maritus dicere solebat: *Nux, asinus, mulier* sili sunt lege ligati; bac tria nil faciunt, si verbera cessant. Vel, uti DEDEKINDVS in *Grobiano* reddidit:

*Nux, asinus, mulier, dum tristia verbera cessant,
Nil recti faciunt, mobile vulgus ait.*

Cortex decidens à nuce, maturitatis argumentum est. Adservantur per longum, & fere annum tempus, ita ut non arescant, in vase recenti fictili, optime limo obdurato; vel molli vicissim superstrato musco, & probe oblinitate; vel arena secca, aut madida obrutæ; vel foliis propriis aridis; vel arca ligno suo facta conclusæ; vel immixtæ cepis, quibus simul acredinem tollunt. Virides si melle demerguntur, anni temporis spatio elapsa immutatae inveniuntur, & mel istud pro potionibus, in fauicium affectibus, egregium factum est medicamentum.

§. VIII.

§. VIII.

Plantatio & augmentatio arborum obtinetur semi-
ne, & ex radice protrusi sobole. Semina, sive nuces, ^{Plantatio,}
autem, & ex radice protrusi sobole. Semina, sive nuces, ^{augmenta-}
autumno, aut a Calendis Martiis ad Idus feruntur, por-
tio, aliaque.
rectae alterutra commissura jacente; aut hyeme in are-
na propullulante germine & protruso, vere terræ man-
dantur. Nuces nudas & sine putaminibus ferent tales
arbores, ut pollicetur AFRICANVS, si fractis utrinque
carinis integer nucleus, illesea prorsus carne, lana, vel
vitigineis recentibus foliis obvolvatur, quo minus a for-
micas erodatur fructus, deinde terræ mandatur.* Arbor-
bores juniores, si saepius transponuntur, tenuia acci-
piunt putamina nuces. Fimo bubulo ima planta tin-
gi, sed magis cinere respergi gaudet. Altis deleqtatur
scrobibus, & intervalla desiderat majora, quoniam stil-
licidiis foliorum suorum proximis officit arboribus.
Frigore facile pereunt rami, quibus aridis abscissis, re-
liqui novum ostendunt foliorum conceptum. Arbor
vetustate frangi se sonitu prænuntiat, ita ut homines
præsentire & aufugere possint. Quercus juxta nucem
juglandem depasta moritur, unde antipathiam fovere
cum quercu videtur; eam vero mutari in querum,
uti perhibent nonnulli, impossibile est. Hæc & alia
lectu digna profert RVELLIVS. ** De nucleo, anatem
natantem referente, illustris hujus Dissertationis Præses
observationem communicat. ***

* Conf. MIZALD. Cent. IV. Aphor. 96.

** De Natur. Stirp. lib. I. c. 10.

*** vid. Annales physico-med. Wratislaviens. Tentam. XXI. p. 295.

*Uſus &cō.
nomicus.* Uſum œconomicum varium præstat annosius noſtræ juglandis lignum, colore, ſolidaque lævitate ita commenditum, ut ad mensas, leſticas, torcularia * olim, nunc vero ad ſcrinia obtegenda omnibus aliis ligni generibus præferatur. Tinguntur cortice juglandium, qui vitriolicæ eſt naturæ, lanæ, & rufatur capillus primum prodeuntibus nuculis: id compertum eſt ex infectis ſub traſtatione manibus, qua de re querula Nux OVIDII teſtatur:

*Noſtra notat ſuco digitos injuria ſucco,
Cortice contadus infiſcante manus.*

Inde coaſtilarii, fullones & tinſtores iſto uti ſolent. WECKERVS ** refert: *Ex juglandis calloſo herbiſoque putamine illo, quod guliocam dicunt, Gallis chymistarum organis clarissimæ elicitur aqua: qua ſi facies, vel manus maduerint, nigreſcunt paulatim, ut Aethiopis videantur. Si priſine albedini reſtituere viſ, acerum, limonis ſuccum & colophoniam extillabis, talis lotura nigrum propulſat.* Coqui herbaceo cortice nucum exſiccato, atque pulveriſato, brodium carnis aut pifciū tingunt. c. BAVHINVS duo nucis regiæ genera deſcribit, quorum unum putamine duriori, alterum majus, cortice ſcabro & duro, nucleo magno, dulci & oleaginoſo præditum eſt, ex quibus contuſis lac conficere, atque cum ſuis cibis miſcere Virginiae incolas adſerit. In Alſatia & Palatinatu inferiori ad alendam lampadis flammam communiter adhibetur, & pauperioribus ad edulia.*** Cibum ex nucibus cum butyro, item opus pitorium ex nucibus cum ſaccharo & aqua Rosarum paratum, docet

docet ROMPOLT. † AEGINETA ‡ Persica, scribit, mali
succii sunt, ac secundumque, & facile corrumpuntur, ideoque in
primis sunt & exhibenda, ut & protinus dejiciantur, ne que
propter moram in ventriculo corrumpantur. Idem praeci-
pit EOBANVS HESSVS:

*Persica quisquis edes, cœnæ sunt prima videto,
Ne noceant alio non cito pulsâ cibo.*

SENNERTVS ‡‡‡ dicit: Vulgo post pisces earum usus
commendatur, quod pituitæ collectionem, & humo-
rum corruptionem, quæ facile in ventriculo post eum
pisicum accidere potest, caliditate & siccitate sua pro-
hibent, & si quæ fortasse piscibus, quod interdum eve-
nire solet, venenositas aut malignitas insit, ei peculiari
vi adversari possunt, unde sententia:

Post pisces nuces, post carnes caseus adsit.

* Conf. TRAGVS.

** Antidotar. Lib. III. cap. I. pag. 742. ex Job. Bapt. Port.

*** vid. FRANCKENAV.

† Conf. ejusd. Kochbuch p. 165. & III.

‡‡ de ciborum facultat. ‡‡‡ Instit. med. p. 833.

§. X.

Ast, hæc ad patres familias, dicere mihi videris, Nocumen-
nullum invenio usum medicum. Verum haec tenus. ta.
Insuper nec defunt, qui nuci nostræ in medicina usum
denegare volunt. Schola Salernitana scribit:

Unica nux prodest, nocet altera, tertia mors est.

Per primam nonnulli intelligunt moschatam, aroma ro-
borans, quod in pharmaciis multa suppeditat præpara-
ta.* Per alteram vel *avellanam* nucem, vel *juglandem*
denotant, quod MACER explicat:

Ex

Ex minimis nucibus nulla datur esca salubris.

Per tertiam interpretantur vomicam, quod repentinam inferat mortem, ** item nucem catapultæ, aut globum scolopetarium. STYRDIADES vero, referente CURIONE, solam intelligit juglandem, & quidem per unicam, paucas numero; per alteram, quæ paulo largiori copia ingeruntur, per tertiam, quæ immoderatissime sumuntur, difficiles enim concoctu putantur, atque alvum adstringunt, teste Frider. HOFFMANNO. Nucum comedionem ulterius dissuadet Bart. MONTAGNA-NVS, *** quod paralyzin linguae faciant, & RABI MOYES prohibet, ne infantibus exhibeantur. Bapt. FIERA sic scribit:

Mille nuces poteras dixisse, sed unica juglans

Nux dicta est, lingue jam nocitura iuæ,

Siccior arescit, stomachum & caput improba vexat

Mirum, si nocua sit bene juncta vita.

Albini his adjecit calculum suum DIOSCORIDES, † dum usum documento postponens, juglandes, inquit, sunt difficiles concoctu, stomacho inutiles, biliosæ, capitis dolorum inferentes, tussientibus inimicæ.

* vid. DIEZ Μοχοκαρπωλογία & PAVLLINI Μοχοκαρπωλογία.

** de hac conf. LOSSIVS & SEVTERVS de Nuce vomica.

*** Consil. 1. cap. 3. † Lib. I. cap. 141.

§. XI.

Defensio.

Verum obveniunt hic quam plurimi, contrarium obtinentes, nucique nostræ virtutes egregias attribuentes. Verba hic adduci merentur STEEGHII * contra Dioscoridem sequentia: *Si Demosthenes orator multatus talentis quinquaginta, quod Harpalus silentium vendiderat*

derat viginti talentis; pluris multandus Dioscorides, qui pro claris juglandis virtutibus nucis vicia odiose recenset; nam gravius est laude dignum quippam vituperare, quam ignominia notandum tacere, hic enim dissimulatio sepe meretur favorem, ibi invidia nunquam excusari potest. Crediderim Dioscoridem, vocis studiosum, nondum satis exploratis nucum viribus, esu læsum, scriptis de iis sumississe vindictam. Præterea minime nuces recentes, sed vetustæ & rancidæ nocent, non usus, sed abusus illarum offendit atque damnatur. Nocivæ itaque non per se sunt, sed tales fieri possunt per accidens. Et posito, quod illarum esus hujus vel illius subjecti constitutioni non sit conveniens, quod unius alteriusve voci sit, fueritque noxius, tamen non omnibus per se invisum & damnum illum esse experientia sumus edoſti; neque etiam ob organorum loquelæ irritationem omnis usus est negandus.

* Med. Pr. Opp. pag. 202.

§. XII.

Hanc igitur ob causam utilitates nucis nostræ, quæ Utilitatem ratione & experientia inventæ atque confirmatæ sunt, e tenebris in lucem vocare nunc nostrum postulat officium. Quodsi etiam nulla alia ejus proferri posset Remedium virtus, unica tamen hæc sufficeret, quod sit remedium contra venenum. Adserti hujus testes prodeunt Q. S. E. RENVS, qui, a) ante cibos, inquit, juglandis fætus edatur; ipse DIOSCORIDES b) scribit, venena bebetant & præsumunt, & post venena hausta comedunt cum ficubus & ruta; PLINIVS c) quod eadem præsumunt venena bebetent, & paulo post sequentia profert: In sanctoriis Mithridatis maximi regis

C

regis devicti Cn. Pompejus invenit in peculiari commentario,
iphus manu scriptam compositionem antidoti, e duabus nuci-
bus siccis, item ficis totidem, & rutæ foliis viginti siuul tri-
zis, addito salis grano: & qui hoc jejunus sumat, nullum ve-
nenum nociturum illo die. Hæc Pl. VALERIVS d) toti-
dem plane verbis repetit. e) Ex multis etiam, quæ
traduntur, f) antidoti hujus formulis, PLINIO optime
concinit Q. SERENVS SAMMONIACVS, g) qui ista se-
quentibus includit versibus:

Antidotos vero multis Mithridatica fertur
Consociata modis. Sed Magnus scrinia regis
Cum caperet Victor, vilem deprendit in illis
Synthesin, & vulgata satis medicamina risit;
Bis denas rutæ frondes, salis & breve granum;
Juglandesque duas, totidem cum corpore ficus.
Hæc oriente die parco conspersa Lyæo
Sumebat, metuens dederat quæ pocula Mater. h)

- a) de venenis prohibendis cap. 62. pag. 162.
- b) Lib. I. cap. 178. c) Lib. XXII. cap. 8. d) Lib. III.
- c) nee non ex dicto auctore reiterant TRAGVS, STEEGHIVS,
LOBELIVS, MIZALDVUS hort. med. MEVRERVVS, KE-
GLERVVS, RVLANDVS, AVGENIVS lib. II. de peste cap.
10. SCHWENCKFELDIVS lib. II. catal. stirp. SERAPIO,
Geo. VALLA, HARCHIVS, HECKERVS.
- f) Tales, easque diversas scriptis suis mandavit GALENVS lib.
II. de Antidotis cap. 1. 2. & 9. à quibus rursus discrepant
ea, quas CELSVS lib. V. cap. 23. extremo, & Scribonius
LARGVS Compos. 170. litteris consignavere.
- g) de venenis prohibendis cap. II. pag. 162.
- h) Quæ vera & genuina ex his sit compositio, inter judices lis est,
siquidem non vilem modo, sed & planie fallacem banc quo-
que esse scribit RHODIVS in Notis ad Scribon. LARGVM,
id quod obseruasset, cum Patavinam urbem lues vastaret.
§. XII.

§. XII.

Antidotum utilissimum ex nucibus contra pestem
scriptis nobis reliquit GALENVS. a) *Car. GALLVS* b) ex *stem.*
floribus nucum mirum bezoardicum parabat. Maxi-
me quoque commendantur nuces juglandes a *Castor.*
DVRANTE, c) quod ante & post pastum comedæ su-
mentem a peste tueantur. *DROETTVS de Peste* refert,
quod nebulones, quos Lugdunensis Magistratus, ob
propagatam pestem, morte mulctavit, fassli sint, nullo
se se a peste defendisse, quam nuce juglan-
de, ad ignem parumper ante adsumptionem adusta.
Alios adhuc si consulimus, uno ore idem confirmant.
Sic *TABERNÆMONTANVS* d) easdem tempore pestilen-
tis constitutionis utilissimas pronuntiat. Sic *PALMA-
RIVS* e) scribit: *Sunt, qui juglandem exurunt, deinde ex
acetato rosaceo cinerem ehibunt, ut se a venenis, & auræ pe-
stilentis corruptela vindicent.* Sic & Schola Salernitana
consentit, & duobus locis supra (§. X.) citatum versi-
culum de copia & abusu esse intelligendum commo-
nstrat, primo cap. XIV.

Nux

Præstat antidotum contra lethale venenum.

Secundo cap. XIV.

Nux est medicina veneno.

- a) *Lib. II. de Alim. it. de cibis boni & mali succi.*
- b) *de peste Tr. I. cap. 35.*
- c) *in herb.*
- d) *Seçt. II. Lib. III. cap. 30.*
- e) *Lib. de febr. pestil. cap. 18.*

§. XIV.

Præstantissimæ nucum virtutes in omnium fere
corporis humani partium adfectibus se se exerunt. Ca-

C 2

put,

Contra calvitiam & alopeciam. put, ut a superioribus descendam, canitie præmatura, aut capillis flavis ornatum, plurimis non adridet, qui capillos flavescentes solatio veniunt variæ e juglande præparations.

Aqua ex viridi involucro destillata capillos perfecto nigro colore tingit. Aut si mavis compositionem, Rz. Argenti 3j. solve in f. q. aquæ fortis, huic solutioni adde dictæ aquæ destillatæ, vel decocti corticum viridium 3ij. in quibus prius soluta est Vitrioli 3j. M. filtra, & lixivium adplica. Succus, qui ex radicibus juglandis, primo vere incisis, exstillat, canos nigricante imbuit colore capillos, si scrotum unica tantum nocte eo inungitur.* WECKERVS ** ex FVMANELLO jubet capillos abluere succo corticum nucis juglandis, cuius viij. lithargyrii triti 15j. cum lixivio admixta fuit, ut nigro colore tingantur. Aliud idem adhuc *** ad eundem scopum ex ALEXIO communicat, ex lixivio communi, foliis betæ, salviae, lauri, myrrha & cortice nucum viridium. Unice quoque id præstat lixivium viridium involucrorum, ad instar capitiluvii per aliquot dies in usum vocatum.

* vid. Henr. ab HEER Obs. med. XVI. ex CARDANO, qui consensum genitalium cum capite exinde demonstrare nititur.

** Antidot. pag. 750. *** l. c.

§. XV.

Contra calvitiam & alopeciam. Alimento pilorum deficiente, vel ex morbis prægressis, vel prava diæta, calvities, vel ad minimum alopecia facile inducitur, cui medicina parari atque opponi potest ex juglandium putaminibus combustis, & in oleo ac vino tritis. Hoc etiam remedio si infantum capita inungantur, capilli nutriuntur, & denudata loca

loca illis replentur.* Interim hoc ipso remedio pilorum proventus non in nimia copia augetur, sed ordinaria tantum & sufficiens illorum promovetur, ita quidem, ut etiam illud pilos, ex præternaturali nutrimento copiosius provenientes, attenuet, atque sic ut pilothrum expertum commendari queat.

* Auctore DIOSCORIDE, PLINIO, MARCELLO, suadente
TRAGO atque MATTHIOLO.

** M. CVMAN Obs. med. 79. a WELSCHIO edit.

§. XVI.

Porro juglandes excorticatae, externe adplicatae *In adficti-*
cum semine cannabis, sub forma cataplasmati, seu bus capitii.
epithematis, dolorem capitii, vertiginem & tremorem
auferunt. a) Domesticum quoque epithema ex nuce
juglande, persica, herba Majoran. docuit die Græfin RO-
SALIA. b) Tale quoque ex tempore parandum cata-
plasma ex foliis recentibus juglandis cum nucleis per-
sicor. aliisque abrasis capillis, in deliriis, febribus arden-
tibus & Hungaricis, ut & contra maniam adplican-
dum ZWELFERVS commendavit. c) In vigiliis, ex do-
lore capitii ortis, laudatissimum epithema ex Amyg-
dal. dulc. Nuc. jugland. ana ʒ. Croci ʒj. Sem. papav.
alb. ʒj. Aquæ Ros. ʒi. Aceti vini ʒj. commendat HER-
TODT. d) Ast non externe tantum, sed interne etiam
in capitii doloribus auxilium adfert liquor ex radice
nucis juglandis, primo vere per incisionem emanans,
experientia Frid. HOFFMANNI e) & BARTHOLINI. f)

a) cuius rei testis legatur FRANCKENAV.

b) vid. ejusdem aufgesprungener Granat-Apfel pag. 318.

c) vid. Pharmacop. Reg. pag. 779. Corpus pharm. pag. 662. a.

C 3

d) Cro.

- d) Crocolog. pag. 88. e) Meth. med. lib. I. cap. 19. pag. m. 279.
f) Cent. III. hist. 97.

§. XVII.

Vertigine Medicamentis contra vertiginem & epilepsiam ad-
& Epilepsia, hibendis aqua ex viridibus putaminibus destillata non-
 solum adæquatum præbet vehiculum, sed sola dictos
 mitigat morbos. * Optimum etiam epilepsiae recens
 natorum præservativum venditantur juli, decrescente
 luna collecti, pulverisati, cum aqua florum tiliæ exhibi-
 biti.

* Conf. RVBEVS.

§. XVIII.

Aurium, Aurum susurros atque dolores jam laudata aqua,
dentium meatui auditorio instillata, fistit. Folia trita cum ace-
&c. dolo- to, aurum dolori sedando inservire, ex PLINIO reiterat
res. LOBELIVS. * Alio loco PLINIVS testatur, quod nucis
 juglandis foliorum succus tepidus instillatus dolenti au-
 riculæ mire proficit. Dentium & gingivarum, aliarum
 que oris partium tumores atque dolores, a pituitæ te-
 nuis defluxu ortos, cortice radicis juglandis, in aceto,
 posca & aqua, pro variis morbi temporibus decocto,
 curare solet STEEGHIVS. ** Alii Praetorium aquam
 destillatam, tanquam gargarisma adhibitam, in ulceri-
 bus & aphthis oris laudant.

* Obs. pag. 546. ** Med. Pr. pag. 200.

§. XIX.

Uvula. Ad uvulæ inflammationem levandam nucum cru-
 ciforme ligneum dissepimentum pulverisatum, atque
 cum spiritu vini in massam pultiformem subiectum,
 vertici imponunt. * SENNERTIVS ** præscribit Aquæ
 plan-

plantag. 15j. Roob dianuc. 3j. in gurgulionis laxatione,
leni gargarismo usurpandum. B. MONTAGNANVS †
de juglande refert, quod pulvis ex corticibus nucum
exterioribus factus, cadentem & relaxatam uvulam ex-
siccat & sublevet impositus.

* Conf. CRATO lib. V. conf. 9.

** Lib. II. pract. part. I. cap. 20. pag. 76. 74.

† Consil. 88.

§. XX.

Progrediamur nunc a capite ad pectus & ventrem, *In affecti-
bus pectoris & ventris.*
quæque hic suppeditat juglans nostra remedia profe-
ramus. Varia se commendant in pleuritide. Pro-
deat hic DOLÆVS, * cui felicissimo Practico debemus Pleuritide.
sequentia: Cum pulvere quoque interstitii interioris nucis
juglandis exsiccari ad 3j. in aqua papaveris rheo. ter ex-
hibito, plures curavimus pleuriticos, præmissa tamen venæse-
tione. **

* Encycl. med. lib. II. cap. III. §. 19. pag. m. 154.

** Conf. Job. GYFERVS Tab. med. 46. Hier. REVSNER O. M.
67. a WELSCH. edit.

§. XXI.

In visceribus quoque male se habentibus nux ista
adhibetur & laudatur. Cachecticis a frigida & humi- Cachexia.
da, vel lienis & jecoris intemperie, hac ratione potio
ex cortice juglandis a STEEGHIO concinnatur: Rz. Cor-
tic. jugland. siccata. 3j. passularum 3vj. herb. Gratiol.
Absynth. rom. Agerat. Eupator. ana man. sem. Apii 3is.
Anisi 3a. fl. Genit. & Sambuc. ana p. j. Omnia vino
adspersa artificiose coquantur ex V ad 15j. ejusque co-
laturæ expressæ, clarificatæ 3iv. admisce VæCinnamom.
3ij.

3ij. Syrupi de Epithymo, de Cichoreo cum Rhabarbaro ana 3fl. pro una dosi, quæ potio pituitam purgabit, roborabitque viscera.

§. XXII.

*Viscerum
obstructio-
nibus.*

Viscerum & venarum in infimo ventre obstrunctiones referat, partesque laxatas & debiles roborat cortex radicis, & quæ in ventriculo, intestinis & primis viis continentur, tam per vomitum, quam per alvum valide extergit, quod STEEGHIUS ex acri corticis sapore deducit, & longo usu confirmatus adserit. Et DIOSCORIDES ait: Utiles esse in cibo jejunis ad vomitiones concitandas. Hanc etiam virtutem emeticam cortex, seu potius liber juglandis arboris, & juli possident, quæ si in umbra primo, deinde in furno siccata fure, a 3fl. ad 3j. a FERNELIO, CAMERARIO, DVNCANO, SENNERTO & FRANCKENAV in substantia vomiturientibus exhibentur, & tunc valide satis bilem ducunt, lentamque pituitam è ventriculo & vicinis partibus evacuant. HARTMANNVS * Vomitorium Plateri recenset, ex nucibus inglandibus, circa festum Johannis collectis, radice Raphani & aceto vini. HOC PLATERVS ** cum contra Catalepsin ex vini potatione exhiberet, bis copiosam, subviridem & flavam vomitu eduxit materiam. Idem modo laudatus auctor *** adolescenti, haemitriteo laboranti, contra vehementem singultum & tumorem in sinistro hypochondrio, exhibuit olei Amygd. d. 3fl. Aneth. 3ij. Væ Nucum viridium 3ij. unde vomitus secutus, & ægrotus, reliquis adpropriatis non negletis, convaluit.

* PRAX.

* Prax. chym. pag. 12.

** Obs. lib. I. pag. 13.

*** lib. II. pag. 299.

§. XXIII.

Hanc ob caussam secura quoque sunt remedia ad febribus semiterianam curandam, teste *Simone PAVLI*. Aquam miterianis. destillatam ad febrium paroxysmos profligandos laudat *Alex. PEDEMONTANVS*. In tertiana spuria *STEEGHIVS* tertianis. corticem pulverisatum & in aceto maceratum, cum *Cichorio*, *Endivia*, herbisque capillaribus; in quartana cum *Epithymo*, *Fumaria*, floribus *Sambuci* & *Genistae* coctum, in usum trahere suadet, quod *SENNERTVS* * etiam confirmat. In quotidiana corticibus nucum supra citatus auctor addit *Veronicam*, *Hyssopum*, alia que, morbo huic covenientia. In febribus ardentibus prodeesse docet *HOFFMANNVS* corticem interiorem arboris, ejusque radicis, cum aceto infusum atque loco vesicatorii carpis manuum adplicatum. ** Quas interim radix *Ipecacuanhae*, tales etiam *juli juglandis*, vomitum excitando, in Dysenteria praestant utilitates; *Dysenteria*. siquidem & cortex, teste *LOBELIO*, dysentericis prodest.

* De febr. lib. XX. pag. 306.

** Conf. HERM. *Cynosur. mat. med.*

§. XXIV.

Non internas vero solum, sed externas etiam in juglante nostra admiramus virtutes, de quibus *GOCLE-*
NIVS * mentionem facit his verbis: *Ad morbos lienis* Morbis lie-
corticem nucis juglandis alliga lateri, & cum incaluit, reji-
cte, pro secreto habetur & specifico. Cortex recens radi-
cis aceto imbutus, carpis manuum adplicatus, vesicari excitat, febresque fistit. *HOFFMANNVS* ** tale cata-
plasma

plasma revulsorium in febribus ardentibus dicto loco
adPLICANDUM, laudat, atque in Thesauro pharmaceutico † alio describit, ex cortice nucum, lapide prunellae & aceto destillato parandum. Idem præstat nauci,
sive cortex infimus, calculum ambiens, quo PLATE-
RVS utitur in febre intermittente. ††

* Experimentir-Buch c. 126.

** Clav. Pharm. in Schred. pag. 49r.

† Seeß. V. num. X. pag. 40.

†† conf. RVLANDVS de Lue Ungar. c. 7.

§. XXV.

Hydrope. Hydropem, cachexiae pedissequam, aqua ex nucibus destillata curat, vasa obstructa aperiendo, peccaminosos humores evacuando, visceraque debilitata roborando, autore sæpius citato STEEGHIO. Praeclarum quoque de hujus virtute suffragium tulit HARCHIVS * his versibus:

Quodsi Vulcani miro molimine noris

Hinc quoque stillatam ducere doctus aquam;

Illa tibi pravos ducet de corpore succos,

Purior ut redeat sanguinis aura tui.

Immedicabilibus hinc & succurrere morbis,

Hinc tumidi poteris solvere ventris aquam.

In hydrope etiam, teste PAVLO, adhibebatur, loco exteri actualis, fungus juglandis, qui est substantia spongiosa satis tenax, & pene coriacea, in truncis juglandis nata, sub forma tuberum. AdPLICANDI hujus fungi modum tradit AVRELIANVS. **

* Simpl. pharm. pag. 190.

** Conf. LANGII opera med. Part. I. pag. 383.

§. XXVI.

§. XXVI.

Ob calorem valde penetrantem, cum insigni siccitate, juli uteri obstructions aperiunt, humiditates superfluas atque nocivas absorbent, adfectuque hysterico, fam ei, qui à vasorum uteri obstructione, & collectione humorum in substantia uteri, quam qui a seminis detenti corruptela originem habet, medicinam adferunt, qua de re testis consulatur crebro memoratus STEEGHIVS, qui nihil non egregium de nuce nostra profitetur. JOEL, * Caspar HOFFMANNVS, ** WITTI-CHIVS, *** GRÜLINGIVS † julos aqua fœniculi, vel matricali irroratos, & rursus exsiccatos ad 3j. in vino florum Cheiri sumere suadent, & sic juxta ROLFINCCII testimonium, †† præfocationi uteri medentur. Quamvis vero cum aliis etiam MUFFERTVS julos hosce ad suffocationem uteri commendet, cautela tamen, quam Simon PAVLI ††† adfert, omitti non debet, quod, cum julos juglandium vomitum cire certum sit, paroxysmi tempore hysteris illi minine exhiberi debeat.

* in Praxi med. ** de Med. officinal. pag. 499.

*** Consil. & Obs. med. 54.

† Florileg. Chym. pag. 22. c. 2.

†† Ord. & method. medic. special.

††† in Quadrupart. botan. class. II. c. 14.

§. XXVII.

Porro etiam virtutem emmenagogam, sive specifaciam, fructui maturo innatam, menses ducendi, HEVRNIVS, a) CRATO, b) PRÆVOTIVS c) laudant, & MATTHIOLVS, d) propria edoctus experientia, refert, miratum se esse, quod, ubi præstantiora menses scientia ni-

Mensibus
promoven-
dir.

hil moverant, nuclei macerati, & detra<a tenuerori pellicula, per decem dies ante tempus menstruæ fluxionis adsumti, remotos evacuaverint menses. e) Imitari hic potest MATTHIOLVS, dum illos in Va vitæ p̄stanti exhibet; radicem vero juglandis quando FONTANVS ad fœtum mortuum educendum commendat, WEDELII subscribimus sententiæ, qui f) dicit: *Nosse solum id expedit, non usurpare.*

- a) Meth. ad Prax. lib. II. c. 14.
- b) vid. ejus Euporif.
- c) Med. Pauper.
- d) Comm. in Diosc. Lib. I. c. 141.
- e) Conf. HERMANNI Cynos. mat. med. pag. 283.
- f) de medicam. facultat. lib. II. sc̄t. I. c. 7.

§. XXVIII.

Fluore albo.

Fluor uterinus, a relaxatione pororum atque vasorum vaginali uteri dependens, per lenia adstringentia optime fistitur. Quam ob rem & hoc in morbo ad nucem nostram configere, indeque remedium petere possumus. Nucleorum enim juglandium cinis, vino dilutus, loco Clysteris uterini cum metrenchylate injetus, mirifice fluorem fistit. * Neque minus juli, ob maturitatem decidentes, collecti & in pulverem redacti, ad 3j. cum vino calido per plures dies mane exhibentur; omnes enim, prout RIVERIVS ** ex SOLENANDRO † refert, quorum verbis non detrahenda fides, fluxu menstruorum nimio laborantes, ex hoc medicamine sanantur. Præterea quoque a nonnullis Practicis cruciforme nucum dissepimentum pulverisatum contra fluorē album mulierum commendatur.

* Conf. Herm. CORBÆVS Gynæc. lib. I. c. 3.

** Prax. med. I. XV. c. 3. † Conf. med. VIII. f. 4.

§. XXIX.

§. XXIX.

In partu diffcili, durissima illa, cui saepius cum vi- *Partu diffi-*
tæ periculo succumbunt puerperæ, lege, cruciformis cili.
 membranæ hujus usum laudat CRATO; * in specie ve-
 ro HERTODT ** pulverem in dystocia sibi specificum
 talem describit: Rec. Jecor. anguill. in furno panis ex-
 siccata. 3j. Nucl. persic. n. II. cruc. ex nucibus jugland.
 n. V. croci gr. viij. Tanto certius autem partus facilita-
 tur, quando pediluvium ex Mentha, Ruta, Melissa,
 Flor. Chamomill. & fol. arboris juglandis in usum voca-
 tur, quod propter fragrantiam, tanquam roborans,
 sanis conservandæ valetudinis cauſa etiam suadendum.

* In Euporist. pag. 234.

** Crocolog. pag. 223.

§. XXX.

Dolor colicus quo sensibilior, eo magis æstimari- *Colica.*
 dum est speciale quoddam contra illum remedium,
 quod ab ignoto flocci quidem penditur, ab HOFFMAN-
 NO * vero pro insigni arcano in hoc morbo vendita-
 tur & commendatur, flavescentes nempe illa membrana,
 proxime nucleum investiens, subamara. Dosis ejus-
 dem pulverisatæ est 3j. in vino, vel aqua carminativa.
 De veritate adserti hujus testis etiam prodit ETMÜL-
 LERVS. Non minus etiam dissepimentum istud li-
 gneum, quod *Nauci* vocatur, virtute anticolica gaude-
 re dicitur. Nuces in calyce suo perustæ, & umbilico
 admotæ, tormina sedant, afferente TRAGO, & confir-
 mante DIOSCORIDE.

* in clave ad Schrad.

§. XXXI.

Vermes etiam, corpori animali infestissimi, illud- *Vermibus.*

D 3

que

que misere adfligentes, in nuce suum inveniunt antidotum. Lumbricos educunt nuces ad satietatem comedere, juxta commendationem LOBELII.* Sic etiam Practicos experientia docuit, ranas quandoque in corpore humano generari, contra quas radicem nucis juglandis, superiori cortice detraetio, in aqua & vino decoctam, peculiariter prodeesse commendat GABELCHOVERVS. † Refert etiam PLATERVS ‡ quod corticum viridium decoctum, cum ▽a factum & assuratum, lumbricos pellat.

* Obs. 546.

† Cur. med. 89.

‡ Prax. med. Tom. III. l. II. c. 13.

§. XXXII.

Morbi chronicci, v. g. Podagra, Nephritis, Arthritis, &c. ex lympha inspissata, glandulisque Haverianis obstructis orti, notabile accipiunt levamen a nuce. Succum ex radice arboris juglandis, primo vere per incisionem prolectum, in doloribus arthriticis mira *doloribus* *arthriticis* præstare testatur BARTHOLINVS.* Haustus nimirum *Podagricis* Pedagram curat, dolores nephriticos egregie initigat, *Nepriticis* peccantemque materiam per urinam eliminat; externe illitus dolorem lenit, prout ex ETTMÜLLERO notum est, quibus insuper FRANCKENAU, BECHERVS', ** atque LEMMERY adsentiantur. † Aquam ex nucibus de stillatam HORSTIUS laudat contra calculum. ‡‡ Nique mirius testa lignea nucis juglandis valde prædicatur ad calculum comminuendum, pulverisata nempe, & cum ▽ Petroselini, vel haustu vini exhibita. ‡‡ De foliis juglandis hic adferri merentur, quæ Simon PAULI scribit: Recordor mibi commendata, lecta S. Johannis festo, conserua

contra Podagricos dolores, si ex iis virentibus modico sale in olla vitreata stratum super stratum fiat, reponendum in cel-lam, ut paroxysmi tempore semi marcida folia parti dolenti cataplasmatis in modum aptari queant; roborandi, discutien-di, minimeque repellendi facultate præditum est.

* Cent. III. Hist. Anat. 97.

** Parnass. med.

† Conf. Ephemer. N. C. Decur. II.

†† Ann. s. Obs. 202. POMPEJI Sacc. med. Tb. Praet. Consulr. I.

††† Conf. M. VNZERVS de Nepbrit. l. II. §. 13.

§. XXXIII.

Morbi venerei, chronicis adnumerandi, juglandis auxilium quoque postulant: Lignum, carinæ, & dissepi-mentum lignosum, in ∇a cum antivenereis remediis coctum, miasma venereum non admodum inveteratum per sudorem educit. * Refert etiam RAMMAZI-NI, ** ex nucum cortice viridi decoctum expertæ vir-tutis parari ad luem venereum curandam. BOREL-LUS † luem venereum ita curare docet: Rec. Antimon. *Lue ven-*
Zarzparill. ana 3vj. Antimonium nodulo inclusum rea.
in sex aquæ amphoris, in quibus sit Zarzparilla cum XL. nucum putaminibus & hylis, suspensum coque ad tertias, ejusque decocto utatur æger, capiendo ter in die haustum, longe à cibis. BAGLIVIUS † loquitur de ægroto ischiade laborante, quam irritis optimis præsidiis, hoc decocto perfecte curavit, non sine ad-stantium stupore. Perpendat hic Lector, an BAGLI-VIUS pag. 99. de expertissimis ad Gonorrhœam debel-landam sibi familiaribus remediis gloriaturus, aliud sub-

subintelligat, quam hoc, a BORELLO communica-
tum?

* qua de re vid. LEMMERY Material. Lex.

** in Ephem. N. Cur.

† Histor. & Observ. Cent. II. obs. 96.

† Prax. med. lib. II. c. 9. pag. 207.

§. XXXIV.

Vitiis cuta-
neis, alii-
que exter-
nis.

Porro etiam ab auctoribus passim exempla pro-
feruntur de juglande, quod varia cutis vicia auferat,
adferatque morbis externis medelam. In medium hic
prodit TRAGVS, qui dicit: Illinuntur juglandes mamma-
rum inflammationi, abscessibus, luxatisque cum mellis exiguo,
& ruta. a) Idem etiam de nucleis nucis nostræ anno-
tavit, illos ustos, ex vino tritos & illitos, carbunculis me-
deri. Commanducata, impositaque vulneribus & ul-
ceribus profundit, testantibus Pl. VALERIO b) & Mar-
cello EMPIRICO. c) Theod. PRISCANVS d) scribit: Nuces
vetustæ contritæ imponuntur, haec adhibita bene novimus ope-
rata. Ad gangrenas & carbunculos nucum vetusta-
rum nucleos masticatos imponi pariter jubet DIOSCO-
RIDES. Ablactationis infantum tempore folia juglan-
dium a nonnullis laudantur, siquidem illa, mammis
imposita, nutricibus lac abigere PRÆVOTIUS, e) FEH-
RIUS, f) FORESTUS, g) RULANDUS, h) MAYERNE, i)
& FRANCKENAU k) experientia edocti proponunt.

a) Conf. PLINIUS L. XXIII. c. 8. b) lib. III. cap. 22.

c) c. 4. d) lib. I. c. 18. de Carbunculis.

e) Med. pauper. f) de Scorzoner.

g) Lib. XVII. obs. 20. h) Thesaur. med.

i) lib. III. Prax. c. 24. k) Lex. Plant.

§. XXXV.

§. XXXV.

Nec desunt alia exempla, quæ his superaddi que- *Vitii cuta-*
 unt. Flaccescentes enim vetustate nucis membranas *neis.*
 cutis vitia abstergere ex GESNERO * reffero. Sic Bu-
 bonocelen, Enterocelen & Epiplocelen, HARTMAN-
 NVS ** ita curare solet: Repositis partibus prolapsis,
 rupturæ locus quotidie unguenti particula III. piso-
 rum inungatur, & applicetur dextre ligatura. Un-
 guentum autem facies, recipiendo molliusculam sub-
 stantiam de fungis nucum, menfe Septembbris collectis,
 in pulverem tenuissimum redactam, cum ana butyri
 Majalis insulsi, & media quantitate farinæ lupinorum
 in formam unguenti redactam. † Ulcera genitalium
 admodum egregie desiccant spongiolæ juglandium, se-
 creto Italorum Chirurgorum experimento. ‡‡ Sic &
 intertrigo, præmissis internis sanguinem depurantibus
 remedii, farinâ nucis juglandis arboris cito atque tuto
 sanatur. ‡‡‡ In cancro exulcerato gummi arboris ju-
 glandis pulverisatum & inspersum valde utile depre-
 henditur. ‡‡‡‡ Tandem & cineres ad lixivia, cedema-
 tosis cruribus digerendo & constringendo idonea, in
 usu esse vidit STEEGHIVS.

* vid. Hist. Plant. pag. 177.

** Prax. chymiatrica pag. 276.

† Conf. CARDILVCIVS Tom. III. der neuen Stadt- und Land-
 Apothek.

‡ Conf. WELSCHIVS Cent. I. Mictomim. obs. 85.

‡‡ Conf. Louysse BVRGEOIS Hebammen. Buch c. XXVI. pag. 4.

‡‡‡ BAYR. Pr. lib. XX. c. 7.

§. XXXVI.

Nec in his solum, sed & in venenatis vulneribus
 externis ad juglandem confugere licet. Venenum *Morbis ex-*
ternis vene-

E

enim natis.

enim, quod per morsum canis rabidi, hominis, simiae,
corpori nostro communicatur, juglans extinguit. *
Folia venenatis animalium morsibus adipicari, refert
HORSTIVS. ** Usum semioticum describit Simon PAU-
LI: Sunt, qui pramansas juglandes nuces eum in finem com-
mendant, ut earum beneficio exploremus morsus canum. Et
enim si ea parti affecta, prius pramansae, aliquandiu appli-
centur, ac post dein projiciantur devoranda gallinis, nec illae
ab earum esu male habeant, aut moriantur, pronuntiandum,
canem non fuisse rabidum. Immo Ebroudunensis Herbarii
auctores tradunt, easdem morsui canis rabidi posse
mederi, ubi commanducatae a jejuno homine, illitae
que fuerint.

* Confer. PLINIVS lib. XXIII. c. 8.

** in Herbar. pag. 192.

§. XXXVII.

*Præparato
ex nuce ju-
glande.*

*Nuces con-
ditæ.*

Præparatorum ex nuce primas tenent *nuces conditæ*. Virides, & immaturas circa festum Johannis collectas nuces, aliquoties perforatas, per novem vel decem dies in aqua, quotidie recenter adfusa, macera, rursumque exsicca, Cinnamomo deinde & caryophillis transfixas cum Saccharo (conjuncto etiam interdum Melle) coque ad consistentiam. * Nuces tales conditæ caput confortant & ventriculum, digestionem juvando, roborant foetum in utero, & præservant ab abortu. ** Morsui canis rabidi impositas virus extrahere adserit MAR-
CUS MARCI. *** Laudantur equidem etiam pro roboran-
dis membris ad venerem torpidis, ast effectum hunc cum ETTMÜLERO potius aromatibus additis adscribo.

* Conf.

* Conf. SENNERT. Inst. p. 1398. Ebrodunens. Herbar. Tom. I.
I. III. c. 1. der Gräfin ROSALIA Koch-Buch, ROMPOLT
Churfürstl. Mainz. Mund-Koch-Buch p. 180.

** Conf. HOFFM. & ROLFINCIVS Ord. & Meth. pag. 838.

*** in Phl. veter. restituta pag. 436.

§. XXXVIII.

Vitriolum etiam vegetabile ex corticibus, seu put Vitriolum
taminibus nucis juglandis viridibus parare docet modo vegetabile.
laudatus ET MÜLLERVS: Putamina nucum conti-
nuntur & conquassantur, iisque adfunditur aqua, ut
modice ebulliant, hinc exprimatur, & filtretur per pa-
num laneum. Porro recipe succi hujus filtrati mens.
ij. adde salis communis man. ij. & in loco calido evapo-
retur ad. cuticulam, hinc in loco frigido crystalli per-
fecte vitriolicæ virides generantur, blando calore exsic-
candæ. Tandem recipe Vitrioli hujus $\frac{1}{2}$ j. Boli rubr.
 $\frac{1}{2}$ j. destillentur per retortam, & sic adquiritur spiritus
acidus, quo varia corpora terrestria & alcalina, Corallia,
Perlæ, aliaque solvi possunt. Succus horum putami-
num ob virtutem adstricioriam laudatur in angina, ad-
fectibus & inflammatione fauicum, uvulæ, tonsillarum,
præsertim a lympha acriori natis.

§. XXXIX.

A GALENO inventum, & descriptum est * Roob nu-
cum, seu diacaryon, quod est succus ex dictis putami-
nibus expressus, accum melle inspissatus, qui cum aqua
ex fructibus rubi destillata sumtus, asthma resolvit mi-
rabiliter. ** In angustia ventriculi, seu deglutendi diffi-
cilitate pariter egregius est. *** In primis autem in in-
flammatione fauicum, uvulæ, & tonsillarum, ex lympha
Roob.

aciore nata, illum solet adhibere ETTMÜLLERVS. In angina, tumoribus internis, & omnibus colli morbis non satis hunc ipsum laudare potest BIERLINGIVS. † In catarrhis tenuibus, item in angina, euporiston est. †† Gargarisma ex aqua hordei & Roob nucum paratum catarrhi impetum mirifice suspendit. ††† Medicamentum hoc primus invenit GALENVS, ut testatur Anton. MVSA, ††† ubi se, forte ex Alexandria in patriam redeuntem, hortulanum quendam, e tonsillis laborantem, hoc succo curasse scribit. ††††

* L. VI. de composit. med.

** Conf. HARTMANN Prax. Chym. pag. 134.

*** FINCK Enchirid. dogmat. hermet. c. 13.

† Thesaur. Tb. Pract. pag. 998. †† Conf. HOFFMANNVS.

††† Conf. Zachias. Consult. med. 23, BECHER. Parnass, FRANKENAV.

†††† De Composit. medic. lib. VI. de syrupis.

††††† Vid. ALEXAND. cap. de Synanche. HALY practic. SERAPIO in Antidotario. MESVÆ Antidotar. dist. V. p. m. 123.

§. XL.

Aqua destil-
lata.

Aqua destillata 1) ex foliis, sub finem mensis Maji collectis, mundificat ulcera, eaque exsiccat & consolidat, ut nova oriatur cutis, si modo mane atque vesperi linteum, ea inbutum, super imponitur, sicuti BRVN- SCHWITZIUS scribit. * 2) Aqua ex corticibus nucis nostræ viridibus destillata valdopere commendatur ad calculum, teste ETTMÜLERO, insimulque est stomachica & theriacalis, prout FRANCKENAV annotavit; non minus etiam antiloimica est, sanguinem resolvit coagulatum, atque virtute gaudet anthelmintica. Febrifugum est, & abstergens externum, inprimis in tibiae ulceribus.

ceribus. 3) Aqua ex immaturis nucibus, una cum putaminibus, destillata, est confortans & alexipharmacum, teste HOFFMANNO. Habetur etiam pro anti epileptico insigni, de quo P. BORELLVS. ** In inflammatione mammarum, abscessibus & luxatis partibus conducit, adserente TRAGO. Meliceria sanat, secundum CAMERARIUM.

* Conf. Philiatri Kœstlicher Schatz, pag. 29.

** in Obs. I. de Aloë.

§. XLI.

Aquam alexiteriam singularem ex nucibus vide *Aqua plu-*
apud HAMELIVM. * Aquam antipestilentialem ex nu-
cibus HENRICVS PAVLI, ** aliamque vomitoriam a-
quam descripsit PLATERVS. *** Virtus emetica quia
in M. B. non cum aqua adscendit, nonnihil aquæ bene-
dictæ additur, quod vomitum concitare queat.

* in affect. corpor. pag. 440.

** vid. in Simon. Pauli Quadrip. botan. p. 112.

*** quam vid. in SCHROED. Thes. pharm. lib. II. c. 38. n. 49.

§. XLII.

Oleum ex nucleis maturis juglandibus expressum *Oleum.*
surrogari potest oleo Amygdalarum dulcium, aut oli-
varum, tam internis, quam externis usibus, modo non
sit vetustate corruptum, secundum clariss. SCHVLZII
testimonium. a) Potenter dissipat flatus, in doloribus
colicis multum auxiliū adfert, notante SCHROEDERO,
insimulque anthelminticum est, GRADIO b) teste. Pi-
tuitam incidendi mira ē efficaciæ, tussimque sedat. c)
Fissuras papillarum optime sanat recens expressum &
inunctum. d) Tumores discutit, contractos nervos
emollit,

emollit, scabiem antiquam, aliaque cutis vitia sanat, quod
Sim. PAVLI, STEEGHIVS, FRANCKENAV, HARCHIVS, HER-
MANNVS testantur. Egregium quoque habetur vulherarium &
balsamicum.e) Sugillationes discutit, si tempestive illiniatur. f)
Carbunculos, regilopas, & neurotrota hoc oleo sanare LOBE-
LIVS & MATTHIOLVS EX GALENO didicerunt. Ad maricos,
seu ficus ani, ad ambusta, præsertim a pulvere pyrio, adhibe-
tur, ita, ut post inunctionem mox adplicetur folium juglan-
dis. g) Commendatur porro in doloribus colicis, lumbricis
latis, aurium fusurru atque tinnitu, nec non in Alopecia utile
est. h) Oleum ex nuce juglande instillatum auriculae, gra-
vius audienti, valde prodest, quod etiam confirmat DIOSCO-
RIDES. i) Contra dolores aurium, sonos atque tinnitus aux-
ilio est, cum anserino adipe infusum. Subitum etiam capi-
tis dolorem, si eo perfricetur, oleum expressum mire compe-
tit. k) Ingreditur lacertarum oleum contra hernias. l) U-
surpatur etiam ab oœconomis, pictoribus & fabris lignariis,

- a) in Prelett. de vir. & usu medic.
- b) Pratt. P. II. p. 19.
- c) bid. TRAGVS.
- d) bid. HOFFMANNVS. in Schröd.
- e) Corf. HARTMANNVS Prax. chym.
- f) bid. TRAGVS & MATTHIOLVS.
- g) Conf. Sim. PAVLI, FRANCKE-
NAV & BORELLVS Cent. I. obs. 50. itemque HERMANNVS.
- h) bid. PLINIVS lib. XXIII. c. 4. item MARCELLVS Empiricus.
- i) lib. Ioc. 41.
- k) bid. MARCELLVS Empiric. c. I. pag. 35. HERMANNVS
- Cyn. Mat. Med.
- l) bid. ZVVELFF. Pharmacop. Reg. p. 738.

§. XLIII.

Electuaria. Denique in officinis varia prostant Electuaria, quæ de
nuce nostra nomen gerunt. Talia nempe sunt Electuarium
Nucum; * itemque Electuarium de Nucibus in peste D. D.
R. ** Electuarium Nucum HARTMANNI. ***

* bid. SCHROED. Pharm. med. lib. II. cap. XLI. no. 14.

** bid. in HOFFMANNI Thes. Pharmac. Scđ. VIII. n. 15.

*** bid. in Prax. Chym. pag. 593.

§. XLIV.

Moltivaria nunc medicamenta nominari deberent ac possent composi-
ta, quæ haec tenus decantata nux nostra juglans ingreditur, ut ex iisdem eo clavis
patescat illius virtus; quia vero in Dispensatoriis, nec non in HERMAN-
NI Cynos. mat. med. passim inveniuntur, immo hoc contra propositum nostrum
militat, solum acetum prophylacticum Disp. Brand. nominasse sufficiat.

Atque his nuces relinquimus.

SOLI DEO GLORIA.

* * * *

Wenn Nedner Geniessung der Nüsse nicht loben,
Weil ihnen die Heiserkeit nicht wohl gefällt,
So zeigst Du, Hoch-Erder, durch richtige Proben,
Dass dies Gewächs seinen Ruhm dennoch behält.
Du lässt den Kindern die Nüsse zum spielen,
Den Bräuten ein Vorbild der Schwangerschaft seyn,
Und soll, was Du schreibest, zum Nutzen abzielen,
So giebt Mithridates die Pest-Mittel ein.
Du sagest, wie Cumann die Haare befördert,
Und Franckenan glücklich das Kopfweh vertreibt,
Wie Steeghius vieles von Nüssen erörtert,
Dolao das Stechen in Seiten ausbleibt.
Die Wasser-Sucht und das beschwerliche Fieber
Will Harchius heilen, und Pauli stimmt ein.
Ein Blutsturz geht nach Solenandro vorüber,
Mit Nüssen stellt Hoffmann die Darm-Gicht und Pein.
Verbottene Liebe bringt schlecht Zeitvertreiben:
Ach! Schmerzen und Krankheit auf mancherley weiss,
Was Bagliv hierwieder und Boyle schreiben
Vom Nutzen der Nüsse, das machest Du preis.
So giebst Du gründliche Nachricht von allen,
Was viele von Nüssen gesaget, probiert,
Der Kern der Gelehrsamkeit hat Dir gefallen,
Drum wird Dein Haupt heute mit Purpur geziert.
Mit diesen wenigen wolte zur Doctor-Würde
Glück wünschen

D. JOH. HERON. KNIPHOFF,
Instit. Med. P. P. O. Fac. Med. Ass. E. Acad. Nat. Cur. Coll.

D eprimit infelix hominum genus aspra malorum
Copia, & exerceat corpora multa lues.
Tum querulas miseri mittunt ad sidera voces,
Et planctus spargunt, auxiliumque rogant.
Hos miserens Natura suis sua regna ministris
Pandit, ut armati monstra molesta doment.

Qua-

Quærere, sed fas est, probe & internoscere: namque

Qui bene distinguit, tunc ille levat.

In nuce commonstrat tua Nux, o Amice, labores,

Functus queis, amplos, pharmaca pronta legens.

Grator apollineam hinc, qua nunc ornabere, frondem,

Et Tibi quæque fluant ad Tua vota, precor.

*Pranobili atque doctissimo Domino Neo-Dottori, Amico
suo suauissimo, hisce gratulari voluit Opponens*

HIERONYMVS LVDOLFE,

Philos. ac Med. Doctor, Facult. Philos. Assess.
extr. & Prof. Publ.

In nunc, & meritos tandem cape latus honores,

Quéis PHOEBVS dignos condecorare solet.

Atque redux ad nos, ornatus tempora lauro

PHOEBEA, nobis gratiōr hospes eris.

Hoc TE spectabit CHARITVM dulcissima cultu

Sponteque complexus appetet illa TVOS.

Aegri spem ponent in TE puerique senesque,

Quæve puellarum languida forte dolet.

Nec mihi deceptus quisquam, falsusque videtur,

Qui, SPINDLERE, TVAM flagitet æger opem.

Nam LIBITINA TIBI satis est exosa, nec illi

Per TE tradetur vel sine voce puer.

Sed sicut es felix sponsus, medicusque futurus:

Sic quoque, credo, mihi semper amicus eris.

THEOPHIL. SALOM. SCHREBER,

A. M. Schola Tennstad. Rector.

Sic juvat assiduas noctesque diesque medendi

Consecrasse arti, quam seges ampla manet.

Tempora circumdat laurus, cum corda voluptas

Demulcent, nostra quando ovat æger ope.

Hæc Tua fortuna est, hanc & Tibi gratulor atque

Perpetuam sperans, perpetuam voveo.

*His paucis clarissimo ac doctissimo Domino Dottore
rando sui memoriam commendare voluit*

W. H. OSWALD, Med. Candidat.

Oppon.

Nr. 19 als Titel nicht zu
identifizieren!

01 A 6537

f




3

TA→OL

nur Stck. 12 bis her verknüpft

100%



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



DE
NVCE JVGLANDE
EJVSQVE
VSV MEDICO,
SVB PRÆSIDIO
DN. D. ANDREÆ ELIAE
BÜCHNERI,
16

SAC. CÆS. MAJEST. CONSILIAR. ARCHIAT. ET COMIT. PALAT. S.R. I. NOBILIS,
ACAD. IMPERIAL. NAT. CVRIOSOR. PRÆSID. CHTM. PROF. PVBL. ET FACVLT.
MED. ADSESS. ORDINAR. NEC NON REG. BEROLIN. SOCIET.
SCIENT. SODALIS,

PRO GRADV DOCTORIS
DIE XIV. MENSIS MARTII, MDCCXLIII.

HORIS CONSVETIS IN AVDITORIO MAJORI
COLLEGII MAJORIS

DISPVTABIT

AVCTOR
GOTTLOB FRIDERICVS SPINDLER,
NEOSTAD. OSTERL.

ERFORDIAE,
TYPIS JOH. CHRISTOPHORI HERINGII,
ACAD. TYPOGR.